



ANTOLOGÍA DE TEXTOS - POR GÉNEROS LITERARIOS -

HISTORIOGRAFÍA (U.D. 2 y 3)

Retrato de Sempronia, una de las mujeres de la conjuración

Sed in eis erat Sempronia¹, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro, liberis satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta², psallere, saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt.

Sall. *Coniu. Cat.* 25

Notas:

¹ Mujer que servía de enlace entre los conjurados.

² docta (fuit) rige ablativo (litteris...), infinitivos (psallere...) y acusativo (multa...)

El cónsul Mario da un nuevo rumbo a la guerra

Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato [...]. Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et praeda onustum proficiscitur, omnia ibi capta militibus donat, dein castella et oppida natura et viris parum munita adgreditur.

Sall. *Bell. Iug.*, 86, 5 (Adaptado)

Catilina, al verse acorralado, decide probar suerte y luchar cuanto antes contra Antonio.

Sed Catilina, postquam videt montibus atque copiis hostium sese¹ clausum², in urbe³ res adversas⁴, neque fugae neque praesidii ullam spem⁵, optimum ratus⁶ fortunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum⁷ conflagrare.

Sall. *Coniu. Cat.* 57, 5

Notas:

¹ sese = se, en referencia de Catilina a sí mismo; sujeto de *clausum*.

² *clausum* = *clausum esse*.

³ *in urbe*, en referencia a Roma.

⁴ *adversas* = *adversas esse*.

⁵ *neque ... ullam spem*: ha de entenderse *neque ... ullam spem* (= *et... nullam spem*) *esse*.

⁶ *ratus*: participio del deponente *reor* ("pensar", "considerar"), del que depende la proposición *temptare fortunam belli*, a la que se refiere el adjetivo *optimum* (= *optimum fore o futurum esse*; trad. "habiendo considerado que [...] sería lo mejor").

⁷ *quam primum*: trad. "cuanto antes".



Amílcar realiza en España grandes hazañas, y con el botín obtenido enriquece África

Hamilcar, postquam mare transiit in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit; equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam.

Nep. *Vita Hamil.* 4, 1

Aníbal llega victorioso a las puertas de Roma sin encontrar ninguna resistencia. Regresa a Capua. En las inmediaciones, le sale al paso Fabio Máximo, pero se escabulle sin sufrir ningún daño.

Hac pugna pugnata, Romam profectus est nullo resistente. In propinquis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset et Capuam reverteretur, Q. Fabius Maximus, dictator Romanus, in agro Falerno ei se obiecit. Hic¹, clausus locorum angustiis², noctu sine ullo detrimento exercitus³ se expedit.

Nep. *Vita Hannib.* 5, 1

Notas :

1 *hic* se refiere a Aníbal.

2 *locorum angustiis*: "desfiladero".

3 *exercitus*: está en genitivo.

Escipión, un héroe legendario que se comunica con los dioses

Anno quarto decimo posteaquam in Italiam Hannibal venerat, Scipio, qui multa bene in Hispania egerat, consul est factus et in Africam missus. Cui viro divinum quiddam inesse existimabatur, adeo ut putaretur etiam cum numinibus habere sermonem.

Eutropius, *Breviarium*, 3, 20

La carta que escribió Julia a su padre con reproches hacia Tiberio, causa de su destierro, se consideraba elaborada por Graco.

Litterae, quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositae credebantur. Igitur, amotus Cercinam, Africi maris insulam, quattuordecim annis exilium toleravit.

Tacitus, *Annales* 1, 53, 14

Nota: Iulia, -ae : « Julia » ; Cercina, -ae : « Cercina »



Descripción de Sagunto

Ciuitas ea longe opulentissima ultra Hiberum fuit, sita passus mille ferme a mari. oriundi a Zacyntho insula dicuntur mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis; ceterum in tantas breui creuerant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt.

Liv. *Ab urbe condita* 21,7,4

El puerto natural de Cartagena

Etenim sita Carthago sic est. sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo uento oppositus, <ad duo milia> et quingentos passus introrsus retractus, paululo plus passuum <mille et ducentos> in latitudinem patens. huius in ostio sinus parua insula obiecta ab alto portum ab omnibus uentis praeterquam Africo tutum facit. ab intimo sinu paeneinsula excurrit, tumulus is ipse in quo condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit paulum etiam ad septentrionem fusum, incertae altitudinis utcumque exaestuat aut deficit mare. continenti urbem iugum ducentos fere et quinquaginta passus patens coniungit.

Liv. *Ab urbe condita* 26,42,9

POESÍA ÉPICA (U.D. 4)

Eneas queda paralizado tras la aparición divina que le ordena marchar

At vero Aeneas¹ aspecto obmutuit amens,
arrectaeque² horrore comae, et vox faucibus haesit.
Ardet³ abire fuga dulcesque relinquere terras,
attonitus tanto monitu imperioque deorum.

Virgilio, *Eneida*, IV, 280

Notas :

¹ *Aeneas*, -*ae*: "Eneas".

² Entiéndase *et arrectae sunt*.

³ *ardet*: "arde en deseos de" + infinitivo (*abire*, de *abeo*).



Tras la partida de los griegos, los troyanos visitan, aliviados, el campamento enemigo.

Ergo omnis longo solvit se Teucria¹ luctu;
panduntur portae, iuvat² ire et Dorica castra
desertosque videre locos litusque relictum :
hic Dolopum³ manus, hic saevus tendebat Achilles⁴.

Virgilio, *Eneida*, II, 30

Notas :

¹ *Teucria*, -ae: Teucría (la región de Troya).

² verbo impersonal, con infinitivo: "(les) agrada...".

³ *Dolopes*, -pum: los dólopes.

⁴ *Achilles*, -lis: Aquiles

Una gran tormenta se levanta en el mar y desvía del rumbo a los navegantes.

Continuo¹ venti volvunt mare magna que surgunt
aequora², dispersi iactamur gurgite vasto ;
involvere³ diem nimbi et nox umida caelum
abstulit, ingeminant⁴ abruptis nubibus ignes,
excutimur cursu et caecis⁵ arramus in undis.

Virgilio, *Eneida*, III, 196

Notas :

¹ *continuo*: adverbio.

² *aequora*: "olas".

³ *involvere* = *involverunt*.

⁴ *ignes*: sujeto de *ingeminant*

⁵ *caecis in undis* = *in caecis undis*

Dolor en el palacio por la muerte de Príamo.

At domus interior gemita miseroque tumulto
miscetur penitusque cavae plangoribus aedes
femineis ululant: ferit aurea sidera clamor;
tum pavidae tectis matres ingentibus errant.

Virgilio, *Eneida*, II, 486



La llegada de Dido y Eneas a la cueva es la señal para desencadenar la tormenta.

Speluncam Dido dux et¹ Troianus eandem
deveniunt, prima et Tellus et pronuba Iuno
dant signum: fulsere ignes et conscius aether
conubiis, summoque ulularunt vertice nymphae.

Virgilio, *Eneida*, IV, 165

Notas :

¹ *dux et* = *et dux*.

RETÓRICA Y ORATORIA (U.D. 5)

Cicerón invita a los jueces a enterarse de la desdicha de los sicilianos, ejemplificada en las personas de Heraclio y de Epicrates, que, despojados de todo, se vieron obligados a permanecer en Roma durante un tiempo.

Nunc de miseria Siculorum, iudices, audite. Heraclius ille et hic Epicrates expulsi bonis¹ omnibus Romam venerunt; sordidati, maxima barba et capillo, Romae biennium prope fuerunt. Cum L. Metellus in provinciam profectus est, tum isti bene commendati cum Metello una² proficiscuntur.

Cicerón *In Verrem* II, 2, 62

Notas :

¹ *bonis*: de *bona*, -*orum*: “bienes, fortuna”; depende de *expulsi*.

² *una*: adverbio.

Una violenta tempestad destroza la nave en la que eran transportadas las estatuas de Apolo que Verres había robado. Las estatuas son devueltas a su sitio por orden de Dolabela, y a continuación este sale de la ciudad de Delos

Tum subito tempestades coortae sunt maximae. Magni fluctus eiciebantur. Hic¹ navis illa praedonis istius, onusta² signis religiosis, expulsa² atque eiecta² fluctu frangitur, in litore signa illa Apollonis reperiuntur, iussu Dolabellae reponuntur. Tempestas sedatur, Dolabella Delo proficiscitur.

Cicerón *In Verrem* II, 1, 46

Notas :

¹ *Hic*: adverbio.

² *onusta*, *expulsa* y *eiecta*: se refieren a *navis*



FILOSOFÍA (U.D. 6)

Cicerón cita un pasaje de la comedia *Andria* (la joven de la isla de Andros), de Terencio.

Verum est quod in *Andria* familiaris meus dicit: "Obsequium amicos, veritas odium parit". Molesta veritas, siquidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae, sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri¹ sinit.

Cicerón *De Amicitia* 89, 1

Nota :

¹ *praecipitem ferri*: "ser arrastrado al precipicio".

Diágoras vio cómo vencían todos sus hijos en los Juegos Olímpicos

De Rodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adulescentes habuit: unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. Eos omnes vidit vincere coronarique Olympiae¹ eodem die.

Cicerón *Tusculanae Disputationes* I, 111 (Adaptado)

Nota :

¹ *Olympiae*: locativo, "en Olimpia".

Cicerón recomienda a los gobernantes guiarse por dos principios defendidos por Platón: uno, que piensen en los ciudadanos (y no en ellos mismos); otro, que piensen en todos los ciudadanos y no solo en una parte

li qui rem publicam gerunt duo Platonis precepta tenere debent: unum, ut utilitatem civium ita curent ut ea quae agunt ad eam utilitatem referant et non ad commodum suum; alterum, ut totum corpus rei publicae curent, ne reliquas partes deserant dum partem aliquam protegunt.

Cicerón *De Officiis* I, 85 (Adaptado)

Notas :

¹ *Ut... curent*: oración completiva explicativa del unum anterior "uno, que..."

² *Ut referant*: oración consecutiva.

³ *Ut totum... curent*: oración completiva, ahora explicativa, de alterum.

⁴ *Ne... deserant*: oración final "para que no abandonen".

Todos (políticos, comerciantes, sibaritas) coinciden en la necesidad de tener amigos

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt (et ii, qui ad rem publicam se contulerunt; et ii, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur ; et ii, qui suum negotium gerunt otiosi ; et ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus) : sine amicitia vitam esse nullam.

Cicerón *De Amicitia* 23



POESÍA LÍRICA Y ELEGÍACA (U.D. 7)

El poeta recuerda el momento de la triste partida

Cum subit illius tristissima noctis imago,
qua mihi supremum tempus in Urbe fuit,
cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.

P. Ovidius Naso, *Tristia*, I, III, 1-4

Dafne se transforma en laurel

Vix prece finita torpor gravis occupat artus,
mollia cinguntur tenui praecordia libro,
in frondem crines, in ramos bracchia crescunt,
pes modo tam velox pigris radicibus haeret,
ora cacumen habet: remanet nitor unus in illa.

Ovidio *Metamorfosis* I, 548-552

Placer del descanso, al que invita un bello paisaje

Libet iacere modo sub antiqua ilice
modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquae,
queruntur in silvis aves,
fontesque lymphis obstrepunt manantibus,
somnos quod invitet leves.

Horacio *Epodos* 2, 23



FÁBULA (U.D. 8)

Un perro que lleva carne a través de un río

Avidum sua saepe deludit aviditas
amittit merito proprium, qui alienum adpetit.
Canis per flumen carnem dum ferret natans,
lymphtarum in speculo vidit simulacrum suum,
aliamque praedam ab alio cane ferri putans
eripere voluit; verum decepta aviditas
et, quem tenebat ore, dimisit cibum,
nec, quem petebat, potuit adeo adtingere.

Fedro *Fabulae* I, 4

Unos perros ven un pellejo en el río; para cogerlo y comérselo intentan beberse el agua del río; acaban reventando

Stultum consilium non modo effectu caret,
sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in fluvio viderunt canes.
Id ut comesse extractum possent facilius,
aquam coepere ebibere ; sed rupti prius
periere quam quod petierant contingerent.

Fedro *Fabulae* I, 20

Vemos la paja en el ojo ajeno. De vitiis hominum

Peras imposuit Iuppiter nobis duas:
propriis repletam vitiis post tergum dedit,
alienis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possumus.

Fedro *Fabulae* IV, 10



Fábula de la zorra y las uvas: los soberbios fingen despreciar lo que no pueden conseguir

Fame coacta vulpes alta in vinea
uvam adpetebat summis saliens viribus;
quam tangere ut non potuit, discedens ait :
« Nondum matura est ; nolo acerbam sumere ».
Qui, facere quae non possunt, verbis elevant,
adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

Fedro *Fabulae* IV, 3

SÁTIRA Y EPIGRAMA (U.D. 7)

A Símmaco, un mal médico, y a sus discípulos.

Langueram: sed tu comitatus protinus ad me
venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatae:
Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

Marcial V, 9

Notas:
aquilo, -onis: viento del norte

Contra Fábula, una mujer presumida

Omnes aut vetulas habes amicas
aut turpes vetulisque foediores.
Has ducis comites trahisque tecum
per convivia, porticus, theatra.
Sic formosa, Fabulla, sic puella es.

Marcial VIII, 79



A Prisco, que quiere casarse con una mujer rica

Uxorem quare locupletem ducere¹ nolim
quaeritis? Uxori nubere² nolo meae.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
non aliter fiunt femina virque.

Marcial VIII, 12

Notas:

¹ *Nubere*: casarse (la mujer)

² *ducere uxorem*: casarse (el hombre). Marcial juega con estos significados. Es una broma, una ironía.

EPISTOLOGRAFÍA (U.D. 11)

Cicerón, entristecido, se dirige a su mujer

Accepi ab Aristocrito tres epistulas, quas ego lacrimis prope delevi; conficior enim maerore, mea Terentia, nec meae me miseriae magis excruciant quam tuae vestraeque; ego hoc autem miserior sum quam tu, quae es miserrima.

Cicerón *Ad familiares* XIV, 3 (Adaptado)

En su viaje de vuelta de Cilicia, Cicerón hace escala en Atenas y comunica a su esposa Terencia su próximo regreso

Si tu et Tullia¹, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero¹ valemus. Pridie Idus Octobres Athenas venimus. Accepi tuas litteras idque mihi gratissimum fuit. Neque admiratus sum hanc epistulam brevem fuisse: iam enim me ipsum exspectas sive nos ipsos, qui quam primum² ad vos venire cupimus.

Cicerón *Ad familiares* XIV, 5

Notas :

¹ Tullia y Cicerón, hijos de Terencia y Cicerón.

² *quam primum*: "cuanto antes".